


AD SUMMUM PONTIFICEM

Archiepiscopi, Episcopi et Presbyteri qui adfuerunt celebrationi bis centenarii erectionis Sedis Quebecensis, die 1 *Octobris* 1874.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

PIO PAPÆ IX.

BEATISSIME PATER.

Ad celebrandam bis centenariam Sedis Quebecensis erectionem congregati in hac civitate, corde uno et anima una ad PATERNITATEM VESTRAM oculos convertimus, filialem pietatem, gratum animum et ardentissima vota expressuri.

Haud sane dubium est, BEATISSIME PATER, quin hæc Quebecensis Ecclesia, quæ fecundissimæ matris instar hodie lætitia exultat quinquaginta novem circumdata filiabus, quas ipsa duorum seculorum decursu Christo Domino peperit, pia semper ac devota erga Sanctam Sedem extiterit. Nos filii ejus et filii filiarum ejus, cum lacte materno eamdem hausimus filialem pietatem a qua nec vita, nec mors, nec quid aliud nos separare poterit. Accipiat igitur BEATITUDO VESTRA hanc quantulamcumque nostri amoris expressionem ; accipiat grati animi, quo accendimur, verbum, propter singulare illud ac vere regium privilegium, qua matrem nostram, Ecclesiam Metropolitanam Quebecensem, decorasti, cum titulo Basilicæ Minoris et pretiosissimo musivo opere, exornando.



Sed eheu ! inter gaudia quibus hâc occasione gestimus, oblivisci non licet Vicarium Christi, omnium Christianorum Patrem et Infallibilem Doctorem, mæstitia repleri, in vinculis detineri, patrimonio Sancti Petri spoliatum fuisse et quotidianis inimicorum crucis Christi et veritatis, minis et conviciis affici.

Quanto etiam animi stupore audivimus Sacram illam ac Venerabilem de Propaganda Fide Congregationem, quæ nobis et permultis in orbe terrarum ecclesiis, ministra est beneficiorum Sanctæ Sedis, temporalibus redditibus privatam et quasi ad indigentiam redactam ! Nec nos latet ecclesiarum Urbis spoliatio, vel etiam destructio, religiosorum et sanctimonialium expulsio, legum tandem promulgatio ad hunc finem tendentium ut omnis religionis et justitiæ sensus penitus deleatur.

Hæc considerantes, simul cum dolente dolemus et coram Omnipotenti Deo manus supplicantes attollimus. Scimus PATERNITATEM VESTRAM firmissima confidentia credere tandem aliquando implendum verbum illud solemne quo Christus Petrum posuit Ecclesiæ suæ indefectibile juxta ac infallibile fundamentum, contra quod portæ inferi numquam prævalebunt. Spes similis reposita est in sinu nostro : et nos credimus et confidimus. Cum autem tempora et momenta in manu Dei sint, et precibus abbreviari possint dies luctus, hoc a Deo non cessabimus implorare ut PATERNITAS VESTRA, iisdem oculis quibus afflictionem Ecclesiæ vidit et luxit, gaudium et exultationem percipiat et miretur magna et incomprehensibilia et mirabilia quæ facturus est Dominus. Fiat, Fiat ! !

Talia ex intimo corde deprompta vota exprimentes, BEATISSIME PATER, nos filii obsequentissimi, apostolicam imploramus benedictionem super Ecclesiam Quebecensem et super omnes diœceses quæ ab ea ortum ducunt, ut ad Dominum convertantur universi fines vastissimi territorii et fructu justitiæ repleantur ad Majorem Gloriam Christi Dei !

Quebeci, die primâ octobris MDCCCLXXIV.

RESPONSIO SUMMI PONTIFICIS.

VENERABILIBUS FRATRIBUS ALEXANDRO ARCHIEPISCOPO QUEBECENSI ALIISQUE EPISCOPIS CANADENSIS REGIONIS.

PIUS PP. IX.

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Fuit Nobis gratissimum e litteris amantissimis, quas ad Nos dedistis, agnoscere, vos omnes uno caritatis et religionis spiritu conjunctos, memoriam erectionis istius Quebecensis sedis, dum alterum sæculum erectionis ejusdem compleretur, solemni modo celebrasse, ut commune obsequium auctori bonorum omnium Deo deferretis, qui super vos et super regionem istam suarum benedictionum copiam jugiter effudit. Cum consolatione etiam intelleximus egregium exemplum pietatis vestræ fidelis etiam populi istius regionis religiosos animos excitasse, qui sui muneris esse putavit, ut vobis in divina Clementia glorificanda fervore fidei sese conjungeret. Facere itaque non possumus, quin vobis, Venerabiles Fratres, impense in Domino gratulemur ; et quoniam prædictæ solemnitatis occasione uti etiam voluistis, ut Nobis sensus devotionis vestræ erga hanc Apostolicam Sedem vestris litteris confirmaretis, vobis notum esse cupimus hanc testificationem vestram vim auxisse ejus caritatis, quam erga vos omnes merito profitemur. Non enim solum respeximus optimos sensus animorum vestrorum in ea testificatione declaratos, sed etiam memori mente servamus præclara tot argumenta dilectionis et filialis studii, quæ in tribulationibus Nostris Canadenses Fideles, vobis ducibus, sive piis oblationibus suis, sive defensoribus superiori tempore ad Nos missis, splendide exhibuerunt. Pergite autem, Venerabiles Fratres, sincerum obsequium erga hanc veritatis Cathedram promovere, quo majorem temporum conditio hujus rei necessitatem ostendit ; pergite una cum fidelibus vobis commissis Nos fervidis precibus adjuvare, ut vires Nobis in certamine, et consolatio in ærumnis a Deo misericorditer tribuatur. Nos vicissim a Divina Majestate ex corde exposcimus, ut

vobis sit perpetuo protectrix et auxiliatrix, utque in vestris Diœcesibus fidei et justitiæ fructus in dies feliciter augeantur, ac in pignus præcipuæ dilectionis nostræ Apostolicam Benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, singulis universis, ac gregibus uniuscujusque vestrum curæ concreditis, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die 23 Decembris, An. 1874,

Pontificatus Nostri Anno Vicesimonono,

PIUS PP. IX.

A Nos Vénérables Frères Alexandre, Archevêque de Québec et les autres Evêques du Canada.

PIE IX, PAPE.

Vénérables Frères, Salut et Bénédiction Apostolique.

Il Nous a été bien doux d'apprendre, par vos lettres si pleines d'affection, comment un même esprit de charité et de religion vous a réunis pour célébrer la mémoire deux fois séculaire de l'érection du Siége de l'Eglise de Québec. Cette grande solennité a eu pour but d'adresser vos vœux reconnaissants à l'auteur de tout bien, à ce Dieu qui a répandu sur vous et sur votre pays l'abondance de ses intarissables bénédictions. Et ce qui ajoute à Notre consolation, c'est de voir que l'admirable exemple de votre piété a donné l'essor aux sentiments religieux de votre peuple : lui aussi a cru de son devoir d'unir la ferveur de sa foi aux élans de la vôtre, pour glorifier la Bonté de Dieu. C'est donc un besoin de Notre cœur, Vénérables Frères, de vous présenter nos ardentes félicitations en Notre Seigneur. Et puisqu'à l'occasion de votre grande fête, vous avez bien voulu réitérer l'expression de votre dévouement envers le Saint-Siége, Nous désirons vous faire savoir que ce témoignage de votre cœur dilate en nous l'ardeur de cette charité que Nous vous prodiguons à tous et à de si justes titres. Nous n'avons pas, en effet, seulement à contempler la grandeur du

sentiment qui anime vos âmes et se manifeste dans vos paroles, mais notre souvenir reconnaissant garde la mémoire de tant de preuves éclatantes de votre affection et de votre zèle tout filial. N'est-ce pas sous votre direction que les Fidèles du Canada ont si héroïquement secouru notre détresse, soit par leurs pieuses offrandes, soit par les défenseurs qu'ils nous ont jadis envoyés ? Continuez donc, Vénérables Frères, à promouvoir l'obéissance sincère envers cette Chaire de vérité : les temps où nous vivons rendent ce devoir de plus en plus impérieux. Continuez, Vous et les Fidèles confiés à vos soins, à nous aider de vos ferventes prières, afin que le Dieu de miséricorde Nous donne la force dans nos combats et la consolation dans nos angoisses. De notre côté, nous demandons de tout cœur à la Divine Majesté d'être à jamais votre protection et votre secours. Fasse le Ciel que dans chacun de vos diocèses, se multiplient de jour en jour les fruits de la Foi et de la Justice ! Comme gage de Notre singulière affection, Nous vous donnons Notre Bénédiction Apostolique à vous, Vénérables Frères, et à tous les Fidèles confiés aux soins de chacun de vous. Que le Seigneur en perpétue les bienfaits !

Donné à Rome, à St. Pierre, le 23e jour de Décembre, l'an 1874,

De Notre Pontificat le 29e.

PIE IX, PAPE.

To Our Venerable Brothers Alexander, Archbishop of Quebec, and the Bishops of Canada.

PIUS IX, POPE.

Venerable Brothers, Greeting and Apostolic Benediction.

It has been most gratifying to Us to learn by your letters, so full of affection, how, in the one spirit of charity and of religion, you assembled to celebrate the two hundredth anniversary of the erection of the Church of Quebec into an Episcopal See. The object of this imposing solemnity, was to offer grateful thanks to the Author of all

good, to that God who has showered upon you and upon your country, the abundance of His never-failing benedictions. And, what adds to Our consolation is that the admirable example of your piety has awakened the religious sentiments of your people, who, likewise, felt it their duty to unite the fervor of their faith to the out-pourings of yours, in glorifying the Divine Clemency. We cannot, therefore, refrain from offering to you, Venerable Brothers, our heartfelt congratulations, in Our Lord, and since, on the occasion of your great festival, you were pleased to reiterate the expression of your devotion to the Apostolic See, We desire to make known to you, that this testimony of your heart increases in Us the ardor of that charity, which We so justly lavish on you all. For We have not only to contemplate the sublimity of the sentiment which animates your souls, and which is manifested by your words; but Our grateful memory cherishes the remembrance of the many striking proofs of your affection and filial zeal. Has it not been under your direction, that the Faithful of Canada have so heroically relieved Our distress, both by their pious offerings, and the defenders they sent Us in the past? Continue, then, Venerable Brothers, to promote sincere obedience to this Chair of Truth; the sad condition of things, at present, renders this duty more and more imperative. Continue, together with the Faithful confided to your care, to aid Us by your fervent prayers, that the God of Mercy may strengthen Us in Our combats, and console Us in Our anguish. On Our part, from Our heart, do We beseech the Divine Majesty, ever to be your Protector and your Helper. Heaven grant that the fruits of Faith and Justice may daily increase in your respective dioceses! In pledge of Our special affection, We impart, with all the effusion of Our love, Our Apostolic Benediction to each of you, Venerable Brothers, and to the Faithful committed to your care.

Given at Rome, near St. Peter's, on the 23rd day of December, in the year of Our Lord 1874,

In the twenty-ninth year of Our Pontificate,

PIUS IX, POPE.